



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Modi LX Sacræ Orationis variè Formandæ

Kojałowicz, Kazimierz Wijuk

Antverpiae, 1668

Modus Decimus Septimus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69292](#)

Ænigma, Græcis à Theodeco, propositum fuit, quo referebat, habere se domi filiam, quæ in infan-
tia magna esset: ætate adulta minima, ætate extre-
ma maxima: Umbram ille intellexit, quæ mane latè
sternitur, meridie fere nulla est, vespere maxima.
Nos Christianè interpretemur: In luce cognitionis
sui nulla vitiorū umbra subsistit. Mane in ètate igno-
rante, dum minimè nos respicimus, late spargitur:
at latissimè vesperi, quando per neglectum sui, ob-
livio sui comparatur. Vitanda talis maxime umbra,
ut vitetur vitiorum negotium, perambualns in tene-
bris Psalm 90. & amanda lux, ut sicut filii lucis in
virtute ambulemus: omninoque danda fides D.
Bernardo monenti, quod Præstat scire te ipsum;
quam si te neglecto, siderum cursus, vim herbarum, &
omnium cœlestium & terrestrium naturas tenueris.



MODUS DECIMUS SEPTIMUS.

DIcere hunc meritò possim commentatorum:
Talem etiam censere videtur A. R. P. Clau-
dius Aquaviva, in sua de Concionatoribus episto-
la. Est autem quando propositio præfixa, conti-
nua serie testimoniorum ex S. Scriptura aut Patri-
bus desumptorum firmatur: nec plus ferre ingenio
aut arti conceditur, quam recitatio locorum. Duo
in hoc genere tractandi vitanda. Alterum ne quæ-
stionibus multum subtilibus, & apicibus verbo-

F 5 rum

90 MODUS DECIMVS SEPTIMVS.

rum nimium inhæreamus, Alterum, ne continuo
testimonia obtrudendo, eaque inexplicata trans-
eundo, nihil persuadeamus. Utendum igitur testi-
moniis, pro contētando intellectu: ac inde, ad mo-
vendam voluntatem progrediendum, ut sua oratio-
ni non desit commodatio.

P R A X I S.

Dominica 2. post Epiphaniam. Nondum
venit hora mea Joan.2.

Acceſſus & propositio, quod universaliter aſſe-
ruit D. Aug. in Ps. 82. Cum aliquando DEVS
tardius dat, commendat dona sua non negat. Id hodie
specialiter impletum. Quamvis enim videri ali-
cui possit, negasse Divæ Matri postulata Servator,
illis verbis Quid mihi & tibi mulier? Omnino ta-
men non negasse Christum, sed Commendasse dif-
ferendo, sua dona, probat hæc sententia. Nondum
venit hora mea: id est. Faciam, sed non nisi præfixo
tempore ne discat à primo miraculo mundus, nihil
apud Deum temere casuq; agi: sed omnes even-
tus statum præfixumq;, ab æterno tempus habuere.
Hanc igitur veritatem, valde utilem certius robo-
remus.

Confirmatio, debet constare, testimoniis
scripturæ, aut Patrum aut utrorumq;, quæ omnia
probent à DEO destinato tem-
pore fieri.

4. Reg. 4. Considentibus simul Principibus
exer-

exercitus Israelis , adest insperato unus de Proph-
 etis , & evocato separatim Jehu , effundit supra caput
 illius oleum , ac mox abit . In fano , inde similis , di-
 catus ab aliis , quid causæ apud Jehu habuerit , inter-
 rogatur , ea que intellecta mox tumultuarie , Jehu in
 Regem eligitur congestis in similitudinem tribu-
 nalis , palliis . Quis non crederet quām fuerunt hæc
 subita tam fuisse casu facta ? Ut ex prædestinatione
 certa eventuum & temporum evenisse , testatus
 post occisum Joram Regem , ipse Jehu , inquiens .
Memini quod Dominus levaverit onus hoc super eum . Nunc ergo tolle , & proijce eum in agro . Et de
 Jesabel à canibus consumpta . v. 36 . *Sermo Domini est , quem locutus est , per servum suum Eliam , obser- vandum autem est , quod legitur in textu Chaldæo , fuisse electum Jehu ad gradum horarum , seu ad horologium solare . Quid hic misterii ? Dicam non dubius . Novus Rex , ad horologium eligitur ; ut in- telligat , regnum etiam fortitorum tempora ; ad statas certasque horas apud Deum dirigi . Isai 18 . Ite Angeli veloces , ad gentem convulsam , & dilaceratam . Felices terras , talibus dignas tutelaribus . Sed quando illæ eorum obtinent tutelam ? Scilicet . Cum tempus à Deo destinatum venerit . Unde Hæbrei legunt . Ite Angeli veloces ad lineam , ad lineam qua scilicet , in sole , horæ certæ designantur & de quibus 4. Reg. 20 . Sol recessit decem lineis . Esther . 10 . vidit Mardochæus , Somnium grande ac por- tentosum : & surgens de strato cogitabat , quid Deus facere vellet , nec intellexit nisi in tempore , quod DEUS illi somnis implendo , jam antequam fieret ,*

fieret, designaret, quod sic ipse met, proponit VII.
*Venit utraque sors, in statum, ex illo jam tempore
diem, coram D^OE universis gentibus: & recordatus
est Dominus populi sui. In græco, sic legitur. Et ve-
nerunt sortes hæ, ad horam & tempus, & ad diem ju-
dicii coram D^OE,*

*Ituro Christo in Judæam dicunt discipuli. Num
quærebant te Iudai lapidare. Joan. 11. & rursus va-
dis illuc? Adquæ Salvator, Nonne 12. sunt hora di-
ei? id est statu sunt rerum omnium apud DEUM
tempora, & nihil temere timendum: nihilq; alia
hora eveniet, quam ea quæ illi eventui præfixa est:
quemadmodum nec mors Servatoritoties inten-
tata, obvenit. Nisi illa hora quam ab æterno fuisse
statam, designans Joan. 17. Sublevatis in calum ocul-
lis, dixit, Pater venit hora, clarifica filium tuum.*

*Quid multa congerimus? statos esse dies, &
tempora vitæ, testatur Psalmus 38. in quo David,
mensurabiles posuisti dies meos, statam esse fortu-
nam Psalm. 30. in quo idem. In manibus tuis sorti-
meæ, statos esse regnorum casus Apoc. 18. Væ, væ, ciu-
tas illa magna Babylon, civitas illa fortis, quia una
hora venit Iudicium tuum, statas esse Principatum
suscitationes, Daniel. 18. Vsq; quo visio? Et dixit ei
usque ad vesperam & mane, dies duo millia trecenti,
statam esse impiis indulgentiam. Matth. 13. Sinit
usq; ad messem, statam esse hostium Ecclesiæ pñnam
Apoc. 6.10. Et dictum est ut requiescerent tempus
modicum, donec compleantur conservi eorum. Debet
igitur cum D. Augu. palam profiteri Solil. 37:
Apud te Domine, omnium stabilium, sunt causæ, &
*omnium**

VII.
port
atus
ve-
ju.
lum
va-
e di-
UM
alia
est:
ten-
iisle
7CH-
· &
id,
erru-
rus
iu-
una
um
itii
niti
lam
pus
cer
37.
C
ium

MODUS DECIMUS SEPT. 93

omniū mutabilium immutabiles manent origines, & omnium rationabilium, & irrationabilium atq[ue] temporalium, sempiterna vivunt rationes: tūm, illud sincerae Philosophiae edictum, alto corde figere. Nosce tempus. Fugax illud o[mn]i homo Christiane est, & cum fugit, te secum rapit. Nosce tempus; Inconstans est, & cum mutatur, mutat. Nosce tempus; Breve est, & æternitate immensa ac tua clauditur, Nosce tempus. Insuper, certis & statis, horis, casibus, eventibus, apud D E U M determinatum est. Nosce tempus. Est hora qua DEUS vult adversis probari. Nosce tempus, ne infidelis inveniaris. Est hora, qua te vult alloqui; Nosce tempus, ne auribus surdis & corde indurato deseraris. Est hora qua vult converti. Nosce tempus, ne cum particula bonæ diei præterierit, in posterum, gratia efficaci indignus judiceris.



MODUS DECIMUS OCTAVUS.

Conficitur ex Thesi & Hypothesi: quando scilicet, primum in genere & universaliter, de aliqua materia tractatur: tum in specie, sive in particulari. Potest autem, hac ratione sermonem instructurus dupli modo procedere: aut in Exordio Thesim tractando & hypothesis, confirmandam proponendo: aut utrumque pro confirmatione assumendo. E. g. Dominica II. à Pentec, ad illa verba